

Quarta, quod vere sit providentia Dei, quia Deus non discessit a suo opere et adest vniuersae creatu-[54:]rae, seruat rerum substantias, gubernat motus coelestes, vices tempestatum, foecunditatem terrae, generationem animantium. Denique fouet et sustentat totam naturam, maxime vero ecclesiam alit et defendit vt Acto. 17 dicitur: „In ipso viuimus, mouemur et sumus.“<sup>88</sup> Et 1. Timoth. 4: „Speramus in Deo viuo, qui est seruator 5 omnium hominum maxime fidelium.“<sup>89</sup>

Quinta, quod non<sup>e</sup> sit alligatus ad causas secundas, sed sua omnipotentia et libertate propter salutem ecclesiae aut ad puniendos impios moderetur causas secundas, aut mutet aut impediatur vt Psal. 114 inquit: „Deus noster in coelo omnia, quaecunque voluit, fecit.“<sup>90</sup> Et Lucae 1: „Omnia apud Deum sunt poßibilia.“<sup>91</sup>

10

---

<sup>e</sup> Im Druck durch Versalien hervorgehoben.

---

<sup>88</sup> Act 17,28.

<sup>89</sup> I Tim 4,10.

<sup>90</sup> Ps 115,3.

<sup>91</sup> Lk 1,37.